UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Die XIX. Junii. In Festo S. Julianæ De Falconeriis Virg.

[S.l.], [ca. 1770]

Oratio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-62798

Visual Library

Die XIX. Junii.

IN FESTO
S. JULIANÆ DE FALCONERIIS VIRG. Duplex.

Omnia de Comm. Virg. exceptis iis, quæ hìc propria ponuntur.

Ad Veſperas, & ad Matutinum. Hymnus.

Cœleſtis Agni nuptias
O Juliana dum petis,
Domum paternam deſeris,
Chorúmque ducis Virginum.

Sponſúmque ſuffixum Cruci
Noctes, diésque dum gemis,
Doloris icta cuſpide
Sponſi refers imaginem

Quin ſeptiformi vulnere
Fles ad genu Deiparæ;
Sed creſcit infuſa fletu,
Flammáſque tollit charitas.

Hìnc morte feſſam proxima
Non uſitato te modo
Solatur, & nutrit Deus,
Dapem ſupernam porrigens

Æterne rerum Conditor,
Æterne Fili par Patri,
Et par utrique Spiritus
Soli tibi ſit gloria.
Amen.

Oratio.

DEUS, qui beatam Julianam Virginem tuam extremo morbo laborantem pretioſo Filii tui Corpore mirabiliter recreare dignatus es: concede quæſumus; ut, ejus intercedentibus meritis, nos quoque eodem in mortis agone refecti, ac roborati ad cœleſtem patriam perducamur. Per eumdem D.

IN I. NOCTURNO.

Lect. de Scriptura occurrente.